

TRACTATUS QUINTUS
DE POENITENTIA.

Ad Quaestionem 84. D. Thomae & alias sequentes.

P R A E F A T I O .



A est (AMICE LECTOR) humana natura parentum macula vitioque propagata infirmitas, & in saecula omnia quibus sine sua origine designatur, praevititas, ut pluribus remediis egeret, nec uno dumtaxat, aut sanitatem recuperet, aut recuperatam teneat. Curatur equidem gentilitis morbus calcei lavatio, & revocatur unius parentis noxa perdita salus: Sed non adeo integra curatio fit, nec ita pristina valetudo redit, ut non veteris morbi, & qui intima quaque, medullas, & fibraeque perstratas, reliqua plures suspensae, animi languor, & sanguis rationi adversum, penitentiae, impetus, & ardor, quibus iterum in infirmitate relabimur, eo graviore, quod prima sacerdos, & eius operibus paribus, in quibus potest potest vultu levis, naturam vulneratam inquant. condonatur equidem, cum in sortem filiorum regenerationis lavatio cogitur, & injuria olim in Deum admisso, unius criminis quo posterorum voluntates regantur: sed iterum injuriis, sceleribusque Deum provocamus, eo minus ferendus, quod iam ananissimum Patrem petant, a quo a serorum & mancipiorum infirma sorte, ad statum juraque liberorum fuerimus proveliti. Sacri quidem Baptismatis unquam, velut aurea clavus, felicitatem quam innocenti Adamo concessus fuisset, paradisi aperiit, & celeste regnum ipsa adoptione delitum: Sed iterum voci criminibus feliciter hujus terrae, delicisque plenissima, viam in aeternis regis turbandi nobis ocludimus. Denique in Baptismo strata navis tabala a naufragio evulsurum relicta fuerat, post dissipatam innocentiae navim, integram sane quamquam felix status viguit: securam autem nisi clavum Adamus ultro abjecisset, sed in media pericula, melioque vocites, iterum certo naufragio perituri, sponte caeci, praecipites inveni.

Nos vero (AMICE LECTOR) te miraturum, si unicum hominis peccatum, si unicum hominis nuncupem, est enim fortitudo deformis est, tot mali naturam insciet, ut uno dumtaxat nomine, minime descripti possit, & merito animi morbus, & sublimi filiorum statu, & adoptione prolapsus, e paradiso in exilium abiecit, certaque naufragium dicitur possit. Sed quod erit tandem his ingenitibus hominis malis morbo, servituti, exilio, naufragio, paratum remedium? Sane non aliud, praeter unum penitentiam, qua in pristina sanitatem, Dei amicitiam, filiorum liberatam, jus regni, & spem salutis revocamus. Quid enim aliud est, putes penitentiam, quam probatiam primitiam, veterique maiorem, qua totius naturae imbuti sanentur, aut parentem non domui Jacob, sed veri Ecclesiae, totique humanae generi, in ablutionem fidelis fontem? Penitentia, si Tertulliano credas, integra est injuria divina, & lesa divinae reparatio, siquidem in peccatorum pronuntians, pro indignatione Dei fungitur, & exsunt ante Deo hominem, omnino in gratiam revocatur: cum enim provolvit hominem, magis relevat, cum squalidum facit, magis mundatum reddit; cum excusat, excusat; cum condemnat, absolvit; Et ea est penitentia vis, ut una lacryma hominis, quem suorum scelus retortit, & dicitur pangit, & qui lacrymas velus legatos supplices, sua reconciliationis negotium perorantem mittit, ut cum Cypriano legatur, vel una Christi sanguinis gutta, quem sacramentum copiose effundit, gehenas ignem quoniam extinguat, & temporali afflictione (ut Tertullianus dicit) aeterna supplicia non dicam frustretur, sed expungat, & reparatur ad Dei gloriam, velus indemne, ut vocat D. Ephrem, Dei marisplum, quod hominum animas non peccet tueretur. Denique non immerito penitentiam, secundam post naufragium tabulam Hieronymus nuncupat, qua hinc inde fustulatis squalibus, spei & timoris, condonatae injuriis, vel denegatae omnia, inter medias procellas, inter scopulos ad patriam portum tendimus: haec enim, ut inquit iterum Tertullianus, peccatorum fluctibus merisum relevat, & in portum divinae clementiae protelat.

Sed non gravatior referre plura, nec in moleste ferat (AMICE LECTOR) si in hujus sacramenti virtutibusque penitentiae laudes, quae habet Chrysostomus serm. de penit. scribam. O penitentia, quae peccata Deo miserante remittis, & paradisi referas, contritum sanas, omnem tristitiam exhillaras, vitam de Interitu revocas: statum restauras, honorem renovas, fiduciam das, vires reformas, gratiam abundantiore refundis. Omnia ligata tu solvis, omnia soluta tu custodis, omnia adversa tu mitigas, omnia contrita tu sanas, omnia confusa tu lucidas, omnia desperata tu animas. Per te, o penitentia, David afflicti, vel contritus factus est sanctus. Per te filius prodigus, paternum amplexum meruit. Per te Petrus, postquam ter Dominum negavit, indulgentiam recepit. Per te, o penitentia, latronem subito Christus ad regnum aeternum rapuit.

Hae ad manum habus, qui in hujus tractatione initio, de penitentia cum ut virtute cum ut sacramento, praefationis loco scriberem. De cereris, methodo, ordine, nihil dico. Unum tamen moneo, Anglicum Praeceptorem ad quinquagesimum adnotat renegatam hujus certia partem pervenisse. Haec enim cum absolvisset sanctissimum Vir, labori vitaeque finem imposuit, & praenota morte certavit, terras cum ceteris committit. Reliquae quidem non absolutam suorum omnium studiorum summam: Sed quid putas (AMICE LECTOR) felicitas vivere, quam scriberet, & citius virtutis, quam studiorum spatium deturrit. Absoluta suis numeris prius vita, quam Summa fuit, & jam manna celesque dignae sanitas, reliquum Summa, Ecclesia sociis, & melius tantum opus ab Ecclesia desiderari, quam sanctissimo viri sua praesidia differt.

DISPUTATIO PROEMIALIS,
De Penitentia, ut est Sacramentum,
Ad qu. 84. D. Thomae,
Ict ordine generationis prius secundum se fit penitentia virtus, quam penitentia sacramentum; quia penitentia virtus est necessaria, etiam si non esset sacramentum; unde quoad rationem virtutis in omni statu existit, licet non semper fuerit sacramentum, ut docet Tridentinum sess. 14. cap. 1. Quia tamen virtus est pars hujus sacramenti, proindeque ad eo dependet in esse & cognosci, tanquam a termino suae habitudinis, prius de penitentia ut de sacramento, quam ut virtute, cum S. Thoma differimus.

Variis autem nominibus sacramentum hoc insignitur. Vocatur in primis manuum impressio, sumpto nomine a quadam caeremonia externa, quae olim in usu fuit, & nunc etiam fit, ut scilicet quando absolvitur penitens, Sacerdos illi manus imponat. Verum ritus ille denominans sacramentum, neque necessarius est, ut infra cum D. Thoma ostendimus; neque huic sacramento peculiaris, cum

etiam in Ordinatione & Confirmatione usurperet. Secundo appellatur secundum post naufragium tabula: Hieron. Epist. ad Sulpiciam: Nec statim nobis penitentia subsidia blanditur, quae sunt insulicium remedia. Covenium est vultus quod stare curatur. Aliud est integra nave, & solvis mercedibus, portum salutis intrare; aliud nudum hancere tabula, & crebris fluctuum convulsibus ad asperissimam saxa collidit. Tertio appellatur exomologesis, id est confessio, seu communicatio & pax, eo quod nimirum penitentes qui peccata sua confitentur, Ecclesiasticae communioni relictantur. Unde Tertull. lib. de penitentia cap. 12. dicit peccatoribus esse adhuc in exomologesi secundum subsidia. Quarto dicitur sacramentum absolutiois, ab absoluteione sacerdotis, quae in hoc sacramento habet rationem formae. Quot vocatur baptismus laboriosus, propter dolorem & rigorem satisfactionis, quem exigit hoc sacramentum; ut patet ex Tridentino sess. 14. cap. 2. sic habetur: Alius est praeter baptismum, alius penitentiae fructus; per Baptismum enim Christum induentes, nova profus in illo efficiuntur creatura, plenam & integram omnium peccatorum remissionem consequuntur, ad quam tamen poenitentem & integritatem per sacramentum penitentiae sine magis nostris seribus & laboribus, divina id exigente iustitia, pervenire nequaquam possumus, ut merito penitentia, laboriosus quidam baptismus, a SS. Patribus dictus fuerit. Denique vocatur penitentia, quod nomen sum-

famsit a pona, quae enim saeculari, & caro mortificatur, ut ait Isidorus lib. de officiis Ecclesiasticis, & declarat. Cur Can. penitentia dist. 2. de poenitent. his verbis: Penitentia est quaedam detortio vincula, puniens in se quod dolo commississe; continuo delendum est de peccato, quod dicitur: Ipsi ditionis virtutes. Penitentia enim est penam tenere. Habet & alia plura nomina satis usitata apud SS. Patres: dicitur enim iulterium, remissio; & crucifixio hominis interioris, cordis contractio & comminatio, ac Votaris hominis in pulverem redactio. De hoc ergo utilissimo sacramento nobis in praesenti agendum est, ejusque existentia, institutio, natura, & necessitas, breviter hic sunt explicanda. Unde fit

ARTICULUS PRIMUS.

An detur in Ecclesia remedium aliquod, quo peccata post Baptismum commissa remittantur, illudque sit verum sacramentum a Baptismo distinctum?

§. I.

Responsetur tres Haereticorum errores.

Cum poenitentiae sacramentum Ecclesiae utilissimum sit, & ex eo uberrimi fructus in fidelium animas jugiter oriatur, nihil mirum quod diabolus; nostrae salutis invidius, illud deludere sepe molitus fuerit, varioque circa illud haereticorum errores suscitavit. Primus fuit Montanitarum, qui existimantur nullum esse in Ecclesia remedium, quo peccantes post baptismum possint Deo reconciliari, ut testatur D. Hieronymus Epist. 54. ad Marcellam, ubi de Montanistis loquens sic ait: Illi ad omnes pae delictum Ecclesiae observatas fores: non quoties legitimum, male poenitentiam peccatoris, quam noxam; Nunquid qui cadit, non resurgit, dicit Dominus? O convertimini ad me filii converentes; ego curabo conversionem vestram. Rigidi autem sunt non quod ipsi peccata non peccent; sed hoc inter nos & illos interfect, quod illi errabundus ostendit peccata, quae ipsi, non dum poenitentiam agimus, facilius veniam promeremur. Porro Montanista a Montano primo hujus haeresis Auctore appellati sunt, Diatri quoque fuit Cathaphryges ex eo quod natione Phryx esset, & Pepsuliani a Pepsula vico Phrygiae. De illo haec scribit Hieronymus Epist. ad Celsipontem cap. 2. Montanus immundis spiritibus praedicator, multas Ecclesias per Ephesum & Maximilianum, nobiles & opulentas feminas, nave corrumpit, deinde haeresi polluit. Stupendum quod non solum vates & idola ab illo decepti fuerint, sed & ipsi qui magis videbantur praedicti familiaritate atque delictis; quos inter ipsum Tertullianum annumerari debemus. Nigrit circa annum Christi 173. Abscissus est, unde & tenuit appellatur ab eodem Hieronymo Epist. 54. ad Marcellam.

In hunc errorem incidisse Tertullianum, testatur Hieronymus mox relatus, & constat ex libro de pudicitia cap. 1. ubi potestatem remittendi graviora peccata Ecclesia concessam a Chrilo negat, ob idque Maechis asserit patere non posse poenitentiam aditum, seu veniam ipsi & communionem tribui non posse ab Ecclesia. Item cap. 2. delicta dividit in remissibilia & irremissibilia, & in secundo ordine Maechiam collocat, aliaque graviora, contentidique Deum solum illa remittere posse, non Ecclesiam, subindeque Ecclesia denegat claves a Christo collatas, ad omnium peccatorum remissionem. Et cap. 21. docet, Apostolos, si graviorum peccatorum veniam poenitentibus concesserint, id fecisse extraordinaria dumtaxat potestate, qualis erat potestas miraculorum patrandorum, quae eorum successoribus communicata non est, nec in Ecclesiam translata. Unde hic Auctor libro illo de pudicitia revocat primitiam suam sententiam de clavibus Ecclesiae a Christo datis, ad omnium remissionem delictorum, quam in libro de poenitentia adhuc Catholicus propugnauerat, ut annotat idem Hieron. epist. 146. ad Damasum, ubi haec scribit: Vehementer admiror Tertullianum, in eo libro quem de pudicitia adversus poenitentiam scripsit, & sententiam veterem novam opinionem dissolvit, hoc voluisse sentire, &c.

Secunda haeresis prioris similis, fuit Novatianorum assertio eos qui a successione baptisimi in aliquo grave peccatum incidissent, non esse amplius recipiendos ad Ecclesiam & fidelium communionem, neque penes Ecclesiam esse jus ullum ac potestatem reconciliandi peccatores: Unde crudeliter a SS. Patribus appellati sunt: Quis ante crudelissimum Novatianum (inquit Vincentius Lirinensis) crudeliter Deum dixit, eo quod mallet mortem morientis, quam ut reverteretur & viveret. Et Cyprianus epist. adversus Novatianos haec scribit: Ecce obortus alius Iustus, & ipse paterna pietatis adversarius haereticus Novatianus, qui non tantum, ut in Evangelio significatum est,

sicut Sacerdos vel Levites, jacentem vulneratum praeterit; sed ingenio & nova crudelitate sanctum prius occidit.

Exordium habuit ista haeresis anno Christi 254. hoc est primo Cornelii, primusque ejus auctor fuit Novatus Carthaginensis, de quo Eusebius lib. 6. cap. 35. Novatus Roma Ecclesia Praebyter, arrogantia quadam & fastidio corrupta eo clatus qui in persecutione lapsi fuerant, asseruit non amplius illis, quamvis omnia qui videtur ad veram poenitentiam, ad conversionem animorum, ad puram denique confessionem spectare, omnino peragere, sed per ultimam salutis omnino reliquam fieri. Unde propria injussam sessa & erroris eorum, qui pra inflata quadam mentis insipientia, seipsos paratas esse, id est paros & vacuos a labe peccati asseruerant, auctor & dux fuit. Ille Carthage egressus, & Romanus profectus, in erroris socium ailumpit Novatianum, etiam Romana Ecclesia Praebyterum, qui incredibili ambitione incensus, se in Romanum Episcopum ordinare fecit, Cornelio in Cathedra Petri sedente, ut testatur Hieronymus in Novatiano, his verbis: Novatianus Roma urbis Praebyter, adversus Cornelium Cathedram Sacerdotalem conatus invadere. Item Ambros. lib. 1. de poenitentia cap. 15. de illo haec scribit: Episcopatus amissi dolore successus Novatianus, schisma compulsi. Notum est etiam ex Epistolis Cypriani & Dionysii Alexandrini, quod nunquam sancti illi voluerint cum eo communicare, tanquam cum Romano Pontifice: illum Cyprianus appellat interfectorem poenitentiae, & Socrates lib. 4. hist. cap. 13. de eo haec scribit: Cum Novatianus ordinatus fuisset Roma plebano-Pontifice, omnibus ubique Ecclesis scripsit, ut eos qui simulacris immolassent, minime ad misteria admittent, sed horretur ad poenitentiam remissionemque permitterent Deo, qui peccati & habet auctoritatem remittendi. Ex quo liquet, Novatianos non existimasse eos omnes qui post baptismum gravioris peccati noxam contraherent, ad omni spe aeterna salutis excludi, sed sensum eorum dumtaxat fuisse, illos qui a susceptione baptisimi in aliquo mortale peccatum incidissent, non esse amplius recipiendos ad Ecclesiam & fidelium communionem, neque penes Ecclesiam esse jus ullum ac potestatem reconciliandi tales peccatores. Unde Ambrosius lib. 1. de poenitentia cap. 2. Ajunt se Domino deferre reverentiam, cui soli remissionem criminum potestatem referent. Quibus verbis innuit, quod Novatiani ita distinguebant, ut Christo Domino potestatem remittendi peccata concederent, sed illam Ecclesia denegarent.

Adverte etiam, in hoc Novatianos a Novato discrepasse, quod Novatus negabat in Ecclesia jus esse vel potestatem remittendi quocumque peccatum post baptismum commissum; ejus vero Discipuli ita sententiam illam temperaverunt, ut voluerint esse in Ecclesia potestatem remittendi leviora, sed non graviora. Ita dicitur ex S. Ambrosio lib. 1. de poenitentia cap. citato, ubi haec scribit: Sed ajunt (Novatiani) se exceptis gravioribus criminibus, veniam relaxare levioribus. Non hoc quidem Auctor erroris vestri Novatus, qui nemini poenitentiam laudam praeavit... In eo igitur patrem vestrum propria damnasti sententia, qui distinctionem peccatorum fecistis, qua solvenda a vobis paratis, & qua sine remedio esse arbitrentur. Sed Deus distinctionem non facit, qui misericordiam suam promittit omnibus, & relaxandi licentiam Sacerdotibus suis sine ulla exceptione concessit. Hanc poenitentiae distinctionem mutuati sunt forte Novatiani a Montanistis, nam ut supra vidimus Tertullianus lib. de Pudicitia cap. 2. errorem Montanistarum amplexus, dividit peccata in remissibilia & irremissibilia: Haec (inquit) dividimus in duas exiis, alia erunt remissibilia, alia irremissibilia.

Tertius error est Lutheranorum & Calvinistarum, qui 3 admittunt quidem contra Montanistas & Novatianos dari in Ecclesia remedium aliquod a Christo institutum, pro remittendis peccatis baptizatorum, sed solum tale remedium nihil aliud esse, nisi memoriam baptisimi jam suscepti, cum fide remissionis peccatorum. Unde dicunt poenitentiam, vel non esse sacramentum novae legis, proprie dictum, vel non esse distinctum a baptismo. Ita Lutherus lib. de Captivitate Babylonica, titulo de sacramento Baptisimi, Kemmitus in examine Can. 10. de Baptismo & ad Can. 1. de poenitentia, & Calvinus lib. 4. institutionum cap. 19. paragrapho 15. & 17.

§. II.

Tribus sequentibus assertionibus, tres praedicti errores confutantur.

Dico primo: Datur in Ecclesia Christi remedium aliquod, quo peccata post baptismum commissa remittuntur.

Probatum primo ex illis verbis Christi Matth. 18. Quocumque ligaveritis super terram, erunt ligata, & in caelis etc. quo

quo testimonio statuere Patres Concilii Carthaginis apud Cyprianum Epist. 54. ut probent lapsos non nisi...

8 Probatur secundo ex aliis Scripturae locis, quibus baptizati incantantur ad penitentiam: Actuum 6. Petrus dixit ad Simonem Magum...

9 Ratio etiam suffragatur: Cum enim magna fit in hominibus, etiam baptizatis, ad peccandum proclivitas...

7 Probatur primo ex SS. Patribus, qui tale remedium appellant sacramentum: Augustinus enim in expositione Psal. 146. verbum illud interpretatur...

8 Probatur secundo ratione desumpta ex verbis illis Christi Joann. 20. Quorum remisistis peccata, remittuntur eis...

que successores potestatem remittendi peccata: verumtamen autem non est, eam contulisse exercendam...

Confirmatur ratione Divi Thomae hic art. 1. in corp. Sacramentum est signum rei factae sanctificationis...

Dico tertio, Remedium institutum a Christo Domino pro reconciliatione lapsorum post baptismum non est memoria baptismi...

Probatur secundo: Si penitentia sit ipsum baptismum, ut apprehensione & memoria repetitur...

Probatur primo ex SS. Patribus, qui tale remedium appellant sacramentum: Augustinus enim in expositione Psal. 146. verbum illud interpretatur...

Solvuntur objectiones.

12 Contra primam conclusionem obiciebant Montanistae & Novatiani duo Apostolorum testimonia...

13 Verum ad haec facile responderet: Nam sensus verborum Apostoli in primo testimonio est, impossibile esse semel illuminatos...

14 Obiciebant secundo: Facilius venia inveniuntur peccati delinquenti, ut ait Ambrosius. Conc. 8. in Psal. 118. Si ergo Deus veniam frequenter praebet per penitentiam...

15 Hinc objectioni egregie respondit Augustinus homil. 27. ex 30. ubi impugnat quosdam Ethnicos qui penitentiam rejiciebant...

16 Obicitur tertio contra secundam conclusionem: Ad omne sacramentum requiritur verbum & elementum...

17 Respondeo primo, D. August. non loqui de sacramento quolibet, sed de baptismum tantum...

rius est sacramentum, nam panis & vinum, quae sunt ipsius materia, non sunt elementum...

Obicitur quarto: In lege veteri poenitentia non erat sacramentum: Ergo nec in nova...

Respondeo, concessio Antecedente, negando Consequentiam, in lege enim veteri non fuit dictum sicut in nova...

Obicitur quinto contra tertiam conclusionem: D. Augustinus lib. de nuptiis & concupiscentia cap. 33. ait quod lavacro regenerationis non tantum peccata praeterita...

Respondeo D. Augustinum tribuere Baptismo non solum praeterita, sed etiam post ejus susceptionem admissa peccata tollere...

Ad Fulgentium vero facile responderet, ideo appellare Baptismum, sacramentum Poenitentiae, quia actus aliquis virtutis poenitentiae...

Obicitur sexto: Sacramenta novae legis non differunt ut talia, nisi ex diversitate gratiae quae significantur...

Respondeo, concessio Majori, negando Minorem, & ad illius probationem dico, gratiam quae est effectus sacramenti Poenitentiae...

ARTICULUS II

An Christus sit Auctor & Institutor Sacramenti Poenitentiae, & quo tempore facta fuerit ejus institutio?

Praemittitur quod apud omnes est certum, & referendum poenitentiam.

Certum est sacramentum Poenitentiae, quale nunc habemus in Ecclesia, non fuisse institutum in lege naturae, vel in lege Moisaica...

clavibus. Est. h. sub spe consequenda venia virtus pas-

36 Circa primum Hæretici nostri temporis absolute negant sacramentum Pœnitentiæ institutum fuisse a Christo Domino.

37 Quantum vero ad secundum, scilicet quoad determinatum tempus in quo celebrata fuit hujus sacramenti institutio...

§. II.

Prima pars quasi resolutur.

Deo primo: Sacramentum pœnitentiæ immediate a Christo institutum est...

38 Probatur primo ex Trid. sess. 14. c. 1. & can. 1. ubi sic dicitur: Si quis dixerit in Catholica Ecclesia pœnitentiæ...

39 Probatur secundo ratione quam insinuat D. Thomas in 4. dist. 17. q. 3. art. 1. quæstione 5. ubi sic dicitur: Ministri Ecclesiæ instituantur in Ecclesia divinitus...

40 Confirmatur: Si que pars sacramenti Pœnitentiæ esset ab Ecclesia instituta, in ea dispensare posset...

boni, qui est ultimus essentia divini virtutis. Vel quia essentia divina misericordia est fundamentum omnium divinorum operum...

Contra istam conclusionem objicit primo Calvinus in 1. Primus qui confessionem instituit fuit Innocentius III. electus anno 1198. ille enim in cap. Omnis utriusque sexus...

Ad primum respondeo Innocentium III. solum determinasse tempus annæ confessionis, ejuque usum multo antea viguisse in Ecclesia...

Ad secundum respondeo aliquid, Nectarium a Novatianis hereticis deceptum, quorum consilio in rebus ad fidem pertinentibus lepe utebatur...

De eadem publica confessione intelligendum est Chrysolomum, dum solum coram Deo factam confessionem admittit...

41 Dicit, Chrysolomus ita asserit confessionem non esse confervo faciendam, ut etiam addat soli Deo eam debere fieri...

judicium tulisse: Sacerdotes autem Evangelicos, ad hanc satisfactionem faciendam...

Plura etiam sunt Concilia ante Lateranense celebrata, in quibus fit expressa mentio de confessione sacramentali...

§. III.

Altera difficultas expeditur, & quo tempore Christus sacramentum pœnitentiæ instituerit, breviter declaratur.

Deo secundo, sacramentum pœnitentiæ institutum fuit a Christo post resurrectionem, cum verba illa protulit: Accipite Spiritum Sanctum...

Hæc etiam conclusio est de fide, definitur enim expresse a Tridentino sess. 6. cap. 14. & sess. 14. cap. 1. his verbis: Dominus autem sacramentum pœnitentiæ tunc præcipue instituit...

Si autem quæras, cur Christus hujus sacramenti institutionem post resurrectionem suam differre voluerit, cum ramen alia sacramenta ante mortem & passionem suam instituerit?...

Contra istam conclusionem objici potest: Tunc institutum fuit sacramentum Pœnitentiæ, cum potestas clavium Apostolis collata esset...

Respondeo, concessa Majori, negando Minorem, & ad testimonium Matthæi dico tunc solum promissam fuisse Apostolis potestatem clavium...

42 Dicit, Chrysolomus ita asserit confessionem non esse confervo faciendam, ut etiam addat soli Deo eam debere fieri...

Respondeo Chrysolomum dum ait confessionem soli Deo esse faciendam, non excludere Sacerdotem, quia cum Sacerdos confessionem audiat...

ARTICULUS II.

Qua sit materia & forma Sacramenti Poenitentiae?

41 Dico primo actus poenitentis, nimirum dolorem de peccato, & eisdem confessionem ac pro eo satisfactionem, esse materiam proximam huius sacramenti: materiam vero remotam illius esse peccata actualia post baptismum commissa.

Prima pars huius conclusionis docetur expresse a Tridentino sess. 14. cap. 3. his verbis: Sunt quasi materia huius sacramenti, ipsius poenitentis actus, nempe contritio, confessio, satisfactio, qui continentur in poenitente ad integritatem sacramenti, plenamque & perfectam peccatorum remissionem, ex Dei institutione requiruntur; hac ratione poenitentiae partes dicuntur. Et Canon 4. Si quis negaverit ad integrum & perfectum peccatorum remissionem requiri tres actus in poenitente, quasi materiam sacramenti Poenitentiae, scilicet contritionem, confessionem & satisfactionem, qua tres poenitentiae partes dicuntur, anathema sit. Nec te moveat quod Concilium non appellat hos actus materiam, sed quasi materiam, nam ut ait Catechismus Romanus de Sacramento Poenitentiae pum. 14. Non ideo hi actus quasi materia a sancta synodo appellantur, quia vera materia rationem non habeant, sed quia ejus generis materia non sint qua extrinsecus adhibeantur, ut aqua in Baptismo, Christina in Confirmatione.

42 Potest insuper eadem pars ratione suaderi; nam cum hoc sacramentum sit institutum per modum actus iudicialis, ut colligitur ex Joannis 20. & Matthaei 18. & docetur a Tridentino sess. 14. cap. 2. & 5. sicut in foro civili & externo iudicio, unus quidem est actus iudicialis constans ex rei accusatione & defensione, & ex iudicis sententia: in quo actu sententia habet quandam rationem forme pericientis & completis negotium in accusatione & defensione inchoatum: ita sacramentum Poenitentiae est aggregatum quoddam ex actibus poenitentis, reum & talem contra seipsum agentis, id est, scilicet scilicet accensum, & per dolorem aptum ad reconciliationem, scilicet quodammodo defendentis apud Deum, & ex sententia Sacerdotis absolventis: in quo actus poenitentis habent rationem partis imperfectioris & praepositae, subindeque materiae: actus vero Sacerdotis absolventis habet rationem pericientis & completis, adeoque forma.

Addo ex D. Thoma in 4. sentent. dist. 14. q. 1. art. 1. ad 1. quod sicut in corporalibus medicinis quaedam sunt quae consistunt in sola passione vel receptione curati, ut scilicet vulneris, vel apostolici emplastris: quaedam vero quae consistunt in actu laborantis, sicut exercitantes, & huiusmodi: ita etiam in sacramentis quaedam non requirunt actum ejus qui sanificatur, quantum ad substantiam sacramenti, nisi per accidens, sicut removers prohibens: sicut patet in Baptismo, & Confirmatione, & huiusmodi. Quaedam autem requirunt essentialiter & per se actum ejus qui sacramentum recipit, ad essentiam sacramenti, sicut patet in poenitentia & matrimonio.

43 Dices, Quod habet rationem materiae, debet praesupponi formam: Sed satisfactio non praesupponit formam sacramenti Poenitentiae: sed potius eam subsequitur: Ergo non est materia proxima huius sacramenti.

Respondeo distinguendo Majorem: Quod habet rationem materiae, tanquam pars essentialis, concedo Majorem. Tanquam pars integralis, nego Majorem: Nam etiam in naturalibus, partes integrales nonnunquam superveniunt materiae per formam actuatae, ut patet in nutritione & augmentatione: satisfactio autem non est pars nisi integralis sacramenti Poenitentiae, ut constat ex dictis articulo sequenti. Addunt aliqui, satisfactionem, quantenus in voto & proposito in contritione includitur, praecedere absolutionem. Sed in hoc sensu satisfactio non est pars integralis, sed essentialis, quia est ipsa contritio.

44 Secunda pars huius conclusionis, qua asserit peccata post baptismum commissa esse materiam remotam huius sacramenti, sequitur ex dictis in precedenti: Tum quia materia remota alicujus sacramenti illa dicitur circa quam versatur materia proxima: Sed actus poenitentis iam dicti, qui sunt materia proxima sacramenti Poenitentiae, versantur circa peccata actualia: Ergo illa sunt materia remota sacramenti Poenitentiae. Tum etiam, quia crimen vel negotium de quo agitur in iudicio civili & politico, dicitur materia illius: Sed poenitentia, ut supra dicebamus, est quoddam iudicium: Ergo peccata de quibus in illo tractatur, sunt ipsius materia, non ex qua, vel in qua, ut aqua in Baptismo, & lignum in cathedra, sed materia circa quam, vel contra quam operatur sacramentum, eam delendo seu destruendo, sicut panis & vinum dicuntur materia Eucharistiae, vel potius sicut morbi dicuntur materia medicinae.

Dixi autem peccata actualia post baptismum commissa, quia nec peccatum originale nec peccata actualia ante baptismum commissa, sunt huius sacramenti materia; illud enim pro personis, & causis Ecclesiae jurisdictioni subiectis institutum est: At personae nondum baptizatae non subdantur jurisdictioni Ecclesiae, juxta illud Pauli 1. ad Corinth. 5. Quid enim mihi de iis qui foris sunt iudicare? & illud Tridentini sess. 14. cap. 3. Ecclesia in neminem iudicium exercet, qui non prius ipsam per baptismum jam fuerit ingressus. Peccata quoque ante Baptismum commissa non pertinent ad Ecclesiae jurisdictionem; quia sunt iis similia, quae committuntur a non subiectis alicui regno vel provincie, extra ipsius territorium, de quibus non potest iudex illius regni vel provincie iudicare: unde Ecclesia talium peccatorum confessionem non admittit, nec pro illis ullam injungit poenitentiam. Quae vero peccata actualia post baptismum commissa, sint materia necessaria, vel sufficiens huius sacramenti, dicemus infra, cum de confessione agemus.

Dico secundo, Formae sacramenti Poenitentiae sunt verba absolutionis a Sacerdote prolata. Ita definitum est a Florentino in decreto unionis, ubi sic dicitur: Forma huius sacramenti sunt verba absolutionis, quae Sacerdos proferit, cum dicit: Ego te absolvo a peccatis tuis, &c. Et a Tridentino sess. 14. cap. 3. his verbis: Docet praeterea Sancta Synodus, sacramenti Poenitentiae formam, in qua praecipue insit vis sua esse, in illis ministris verbis positam esse: Ego te absolvo a peccatis tuis, &c.

Ratio etiam id suadet, nam, ut supra dicebamus, sacramentum Poenitentiae est institutum per modum iudicii: At in iudicio sententia iudicis se habet tanquam forma, quia est veluti complementum & consummatio illius: Ergo & absolutio Sacerdotalis, quae gerit vires sententiae in foro poenitentiali, habeat rationem formae. De hac fute infra differemus dist. 12. & varias ac graves quae circa illam versantur difficultates, discutiemus ac resolvemus.

ARTICULUS IV.

Utrum absolutio Sacerdotis, & actus poenitentis, sint partes intrinsecae componentes sacramentum Poenitentiae?

Artem negantem tenent aliqui Theologi: Scotus enim, Major, & Gabriel, existimant solum formam esse partem intrinsecam huius sacramenti, contritionem vero & confessionem, dispositiones tantum, & satisfactionem fructum illius. E contra Soto vult formam non esse nisi complementum huius sacramenti, ejusque essentiam in solis actibus poenitentis adequate consistere. Durandus vero fatetur quidem absolutionem & confessionem esse partes intrinsecas Poenitentiae sacramenti, sed hoc negat de contritione, quia (inquit) non est aliquid sensibile, sed spirituale, & de satisfactione, quia non supponitur ad absoluteque, sed ad ipsam sequitur. Quam opinionem quoad satisfactionem docuit etiam Marfilus. Pro explicatione verum & communis sententiae, sit

S. I.

Conclusio affirmativa statuitur.

Dico breviter: Sacramentum Poenitentiae componitur intrinsece ex absolutione, confessione, dolore interno, & satisfactio.

Haec conclusio quantum ad omnes partes colligitur ex dictis in precedenti: nam in ea ostendimus sacramentum Poenitentiae constare ex actibus poenitentis & absolutione Sacerdotis, tanquam ex materia & forma: At in omni composito etiam artificiali materia & forma se habent ut partes intrinsecas & essentialis, ut in Tractatu de Sacramentis in communi contra Cabreram ostendimus dist. 1. art. 7. Conc. 3. Ergo sacramentum Poenitentiae componitur intrinsece ex absolutione, confessione, dolore interno, & satisfactio.

Probatum insuper conclusio quantum ad singulas partes. Ex in primis quod absolutio Sacerdotis sit pars intrinseca huius sacramenti, manifestum videtur: Tum quia, ut articulo precedenti ostendimus, omne iudicium intrinsece constat ex afectione rei, & ex sententia iudicis; unde cum in foro poenitentiae absolutio Sacerdotalis gerat vires sententiae, non potest non esse pars intrinseca illius. Tum etiam, quia Sacerdos absolvens, vere conficit Sacramentum Poenitentiae: Sed si ex absolutione Sacerdotis illud non componeretur intrinsece, Sacerdos absolverens non vere ipsum conficeret: Ergo, &c. Major est certa: Sacerdos enim absolvens, est vere minister sacramenti Poenitentiae, Minor vero probatur: Qui nihil facit pertiens ad intrinsecam constitutionem alicujus compositi, non vere ipsum conficit: Sacerdos absolvens nihil facit Sacramento Poenitentiae, quam

quam absolvere; nihil ad intrinsecam ejus constitutionem pertinet faciet, si non componatur intrinsece absolutione Sacerdotis: Ergo Poenitentiae sacramentum non conficitur, si ex absolutione Sacerdotis illud intrinsece non conficit.

45 Deinde quod etiam confessio & dolor internus intrinsece ad constitutionem huius sacramenti pertineant, non minus videtur certum: Si enim non essent de intrinseca ejus constitutione, sed tantum se haberent, ut docet Scotus tanquam dispositiones ad illud; quemadmodum qui sine debita dispositione baptizatur, vere suscipit baptismum, licet indignus, quia talis actus baptizati, non est de essentia baptismi, nec de intrinseca ejus constitutione; sic qui sine dolore & confessione peccatorum reciperet a Sacerdote absolutionem, verum & totum sacramentum poenitentiae susciperet; quod tamen est absurdum & erroneum.

46 Denique quod etiam satisfactio intrinsece ad constitutionem huius sacramenti concurrat, sic ostenditur: Omne compositum constat intrinsece ex partibus suis, non tantum essentialibus, sed etiam integrantibus, pedes siquidem & digiti constituent intrinsece corpus humanum, licet sint tantum de ejus integritate: Atqui satisfactio est pars saltem integralis sacramenti poenitentiae, ut determinavit Tridentinum sess. 14. c. 3. & colligitur ex eo quod licet sacramentum poenitentiae non sit primum & essentialiter, nisi iudicium reconciliatorum peccatorum cum Deo, secundario tamen & integraliter sit insuper iudicium vindictivum juris divini lesi, in quo differt a baptismate, quod est sacramentum pure reconciliatorum: vindictae autem & ultio, sine poena & sine satisfactioe esse non possit: Ergo, &c.

47 Adverte tamen, quod licet satisfactio non sit pars essentialis, sed tantum integralis sacramenti poenitentiae, ac proinde non possit dici de essentia ejus, per modum partis, sed tantum de integritate: verum tamen est dicere quod est de essentia ejus per modum connotati & obliqui, five per modum termini habitudinis transcurrentis & essentialis ipsius, omne enim compositum, sive substantiale, five accidentale, essentialiter dicit habitudinem ad partes suas etiam precise integrantes. Ex quo fit quod licet absque satisfactione, nondum in re exhibita, sed nec etiam imposita, possit aliquando salvari essentia sacramenti poenitentiae, immo & absque voto explicite satisfactionis, five desiderio eius adimplendi: quando nimis moribundus confessus absolvitur sine imposita poenitentia, non tamen absque voto implicito satisfactionis, five ordine ad illam.

S. II.

Reveruntur objectiones.

48 Contra primam partem conclusionis, pro sententia Scoti obijciunt primo: D. Thomas infra quest. 90. namerans omnes partes sacramenti poenitentiae, ex quibus intrinsece constat, non meminit absolutionis. Item qu. 84. art. 1. vocat absolutionem complementum sacramenti poenitentiae; quod tamen falsum videtur, si absolutio sit de intrinseca ipsius constitutione; id enim habebit per modum forma, atque adeo partis essentialis, quae omnino distinguitur a complemento.

49 Respondet D. Thomam loco primum citato numerare partes huius sacramenti, non omnes absolute, sed eas demum quibus adaequata ipsius materia conficitur: cum quo fiat quod alia sit praeterea habens rationem forme essentialis, physice ipsum componens, scilicet absolutio, quam secundo loco vocat quidem complementum, sed intrinsecum & essentialia (nempe in genere forma, quae praebet primam rationem speciei, sicut anima homini) non vero extrinsecum & accidentale.

50 Contra secundam & tertiam partem conclusionis, pro sententia Scoti obijciunt secundo: Si poenitentiae sacramentum non consisteret in sola absolutione Sacerdotis, sed insuper ex actibus poenitentis, contritione scilicet, confessione, & satisfactioe, intrinsece constitueretur, sequeretur quod Sacerdos non efficeret tale sacramentum, subindeque quod non esset ejus minister: Sed hoc dici nequit: Ergo nec illud. Sequela Majoris manifeste videtur, nam actus poenitentis non efficiuntur a Sacerdote ministrante sacramentum poenitentiae, sed tantum absolutio: Ergo si poenitentiae sacramentum non consistat in sola absolutione, sed insuper ex actibus poenitentis intrinsece componatur, Sacerdos non poterit dici illud efficeret.

51 Confirmatur: Illud omne ex quo intrinsece componitur sacramentum poenitentiae, causat physice gratiam ei propriam: Atqui sola absolutio hoc praestat, tum quia ad docet D. Thomas in 4. dist. 12. quest. 2. art. 2. quest. 1. ad 2. & 3. tum etiam quia ratio id suadet: si enim actus poenitentis physice causerent gratiam in Sacramento poenitentiae, poenitens diceretur seipsum justificari.

care, dare sibi gratiam, & remittere peccata, immo & seipsum absolvere; quandoquidem sacerdos ideo solum dicitur poenitentem absolvere, quia gratiam peccati remissivam in eo physice causat, per verba absolutionis quae profert: Ergo sacramentum poenitentiae in sola absolutione consistit.

52 Ad objectionem respondeo, negando sequelam Majoris: quemadmodum enim agens naturale, licet non producat materiam, immo aliquando neque formam, eo tamen ipso quod eam introducat in materiam, dicitur producere compositum: v. g. homo dicitur generare hominem, ex eo solum quod animam uniat corpori, efficere album, precise ex eo quod introducat albedinem in subiecto; sic Sacerdos vere dicitur ministrare hoc sacramentum, illudque efficere, non obstanto quod materiam ejus, in actibus poenitentis consistentem, non efficiat, ex eo precise quod formam in absolutione consistentem, vel physice, vel moraliter, tali materiae uniat.

53 Ad confirmationem, concessa Majori, nego Minorem: nam ut docet D. Thomas hic art. 1. ad 3. & qu. 28. de verit. art. 8. ad secundum, sacramentum poenitentiae ratione utriusque partis materiae & forma causat gratiam. Neque oppositum docet in quarto sent. citato in argumento, sed tantum ait solum formam huius sacramenti habere per se primo virtutem efficiendi gratiam, cum quo fiat quod actus poenitentis, secundario & minus principaliter, & ratione alterius, scilicet forme absolutionis, gratiam ex opere operato producant, ut idem S. Doctor hic quest. 86. sequenti art. 6. manifeste declarat, his verbis: Actus humani qui sunt ex parte peccatoris, materialiter se habent in Sacramento poenitentiae, omne autem sacramentum producit effectum suum, non solum virtute forma, sed etiam virtute materiae, ex utroque enim est unum sacramentum: unde sicut remissio culpe fit in baptismo non solum virtute forma, sed etiam virtute materiae, scilicet aqua, principaliter tamen virtute forma, ex quo ipsa aqua virtutem recipit: Ita etiam in remissio culpe est effectus poenitentiae, principaliter quidem ex virtute clavium, quas habent ministri, ex quarum parte accipitur id quod est formale in hoc Sacramento; secundario autem ex vi actuum poenitentis, pertinentium ad virtutem poenitentiae, tamen prout hi actus aliqualiter ordinantur ad claves Ecclesiae. Per quod patet ad primam probationem Minoris.

Ad secundam vero nego sequelam, quia propositiones ille, homo se justificat, sibi dat gratiam, absolute prolata, ex vi terminorum, & ex modo loquenti, significant virtutem propriam & principalem in homine ad sui justificationem; si tamen proferantur cum addito, & intelligentur de causa instrumentali, possunt concedi: in nullo tamen sensu verum est dicere, quod poenitens seipsum possit absolvere; non enim ideo precise ministrat sacramenti poenitentiae dicitur vere & proprie absolvere poenitentem, quod habeat rationem instrumenti physici in causalitate gratiae, sed quia insuper per modum Judicis causat remissionem peccatorum, quod poenitenti nulla ratione potest competere, cum in tribunalis poenitentiae, non sit Iudex, sed reus, & accusator sui.

54 Obijciunt tertio: Partes componentes totum, requirunt aliquam conjunctionem: Sed contritio & confessio nullam cum absolutione conjunctionem requirunt, cum eam multo tempore praecedere possint: Ergo cum ea sacramentum poenitentiae componere nequeant.

55 Respondet ad conjunctionem compositi physici, requiritur physica partium conjunctionem, ad constitutionem vero compositi moralis, quale est sacramentum poenitentiae, sufficere conjunctionem moralem, qualis intercedere solet inter accusationem Reus & sententiam Iudicis, vel qualis inter consensum conjugum requiritur, & sufficit in matrimonio, in quo consensus unius multo tempore praecedere potest consensum alterius.

56 Obijciunt quarto: Potest dari sacramentum poenitentiae sine confessione, per signa tantum, ut de moribundis docet Rituale Pauli V. Item potest dari sacramentum poenitentiae validum, sed informe, defectu contritionis seu doloris sufficientis: Ergo confessio & contritio non constituent intrinseca & essentialiter sacramentum poenitentiae.

57 Respondet negando Antecedens, quoad utramque partem, nam in moribundo cum signa solum viderentur (sicut nutus in matrimonio) eorum exhibitio rationem locutionis & confessionis habet. Ad illud quod additur, nego posse absque ullo dolore dari sacramentum poenitentiae validum, cum huius sacramenti forma eadem nequeat nisi in peccata aliquo dolore affecta: quinam vero ad illius valorem requiritur, & sufficiat, dicemus infra cum de contritione agemus.

58 Obijciunt quinto pro sententia Durandi: Omnis pars compositi sensibilis, quale est sacramentum, debet esse sensibilis: Sed contritio non est sensibilis: Ergo non est pars sacramenti poenitentiae.

Respondet primo, Majorem non esse universaliter veram, nam homo est aliquid totum corporeum, & sensibile. P. 2. stabile.

sibile, tamen una ex partibus ex quibus constat, nimirum anima, neque corporea est, neque sensibilis.

Respondet secundo sufficere quod totum sacramentum sit sensibile per se, & quilibet ejus pars sit sensibilis per se, vel per aliud: quamvis autem contritio non sit sensibilis per se, fit tamen sensibilis per confessionem exterio- rem, quae nobis significat contentum sua peccata, de illis aliquem dolorem concipere.

63 Obijctis sexto pro sententia Maritimi: Si satisfactio est pars integralis sacramenti poenitentiae, ei correspon- det partialis forma, sicut quia in sacramento Extreme- Unctionis distinguuntur plures unctiones ipsam integra- tem, cuilibet correspondat partialis forma: Sed conse- quens non videtur posse admitti, quandoquidem unica est in ipso sacramento abolutionis forma: Ergo nec An- tecedens.

Respondet primo; negando sequelam Majoris, & pa- riatem probationis ei adjunctae: licet enim in Ordine & in Extreme- Unctione ex peculiari Christi institutione, contingat singulis partibus materiae correspondere singu- las formas parciales, non tamen hoc est necessarium in aliis sacramentis, sed unica forma in sacramento poe- nitentiae, quae est abolutio, cadit supra omnes actus poenitentis; eos vel physice, ratione sui, aut effectus, vel moraliter, actus & determinans in ratione unius adaequati signi gratiae.

Respondet secundo, satisfactio in sacramento poenitentiae correspondere formam partialem, nimirum sen- tentiam per quam injungitur a Sacerdote; sicut enim sa- tisfactio iuncta virtute clavium, est de integritate ma- teriae huius sacramenti, ita sententia per quam injungit- ur, est de integritate forme consistentis essentialiter in abolutione.

§. III.

Corollaria notata digna;

64 EX dictis haecenus constat primo, sacramentum poe- nitentiae supponere in recto pro actibus poenitentis, & abolutione Sacerdotis, nam ex his partibus sit sensibile stantum gratiae sanantis & remissivae peccatorum.

65 Constat secundo, hoc sacramentum appellari reconci- liationis ab effectu, abolutionis a forma, confessionis a notiori parte materiae, poenitentiae ab ipsa contritione, nunquam vero dicitur sacramentum satisfactionis; quia haec licet sit de integritate, non est tamen de essentia.

66 Constat tertio impositionem manuum non requiri ne- cessario in hoc sacramento, tum quia nullibi in declara- tione actuum, ex quibus hoc sacramentum constat, men- tio sit impositionis manuum; & licet olim in usu fuerit, & nunc etiam sit, nunquam tamen habita fuit pro sim- pliciter necessaria, immo nec semper & ubique adhibita ab omnibus. Tum etiam, quia ut dicitur D. Thomae hic art. 4. impositio manuum in sacramentis Ecclesiae fit ad designandum aliquem copiosum gratiae effectum, quo illi quibus manus imponuntur quodammodo per quan- dam similitudinem constituentur ministri in quibus copia gratiae esse debet. Et ideo manus impositio fit in sacra- mento Confirmationis, in quo confertur plenitudo Spiritus Sancti; & in sacramento Ordinis, in quo confertur quaedam excellentia potestatis in divinis mysteriis. Sa- cramentum autem poenitentiae non ordinatur ad conse- quendam aliquam excellentiam gratiae, sed ad remotionem peccatorum: unde ad hoc sacramentum non requiritur manuum impositio, sicut nec etiam ad Baptisma, in quo tamen fit plenior remissio peccatorum.

67 Quarto ex dictis intelligit, duplicem posse dari defini- tionem sacramenti poenitentiae, alteram physicam, alteram metaphysicam. Physicam enim sic potest defini: Sacramentum poenitentiae est confessio exterior peccatorum, post baptismum commissorum, ab interna contritione vel attritione praecedente, sub praescripta abolutionis forma. In defini- tione enim physica entis artificialis, quale est sacramen- tum, ponitur materia ejus in recto, & forma in obli- quo, licet forma etiam sit de essentia ejus in recto; aliud enim est esse de essentia rei in recto, aliud prae dicitur de ipsa in recto. Metaphysice vero considerandum defini- tio potest: Poenitentia est sacramentum novae legis, a Christo Domino institutum, ad significandam & conferendam gra- tiam sanantem, & ad remittendam peccata post Baptisma commissiva.

68 Denum ex dictis inferatur, quod cum juxta omnium Theologorum sententiam poenitentiae assignari ali- quid quod sit res tantum, id est effectus sacramenti; ali- quid quod sit sacramentum tantum, id est signum exter- num & sensibile, & aliquid quod sit res & sacramen- tum, id est effectus, & simul signum ulterioris effectus, etiam in hoc sacramento haec tria reperiri debent. Et quidem de re tantum non est difficultas, illa enim est gratia remissiva peccati; sicut nec de sacramento tantum, illud enim est aggregatum ex actibus poeni-

tentis, & abolutione Sacerdotis. Sed difficile est assi- gnare quid in hoc sacramento sit res & sacramentum si- mul, nam varia circa hoc sunt Auctorum placita. Ca- pessus enim & Paludanus existimant hoc sacramentum praeter gratiam satisficientem efficere quendam ornatum in anima, qui ipsam gratiam antecedit, & significat, sub- indeque qui sit res & sacramentum simul. Delugo vero disp. 2. de sacramentis in genere sect. 8. docet, in hoc sa- cramento rem & sacramentum simul, esse consistentem pa- cem & serenitatem, quae cum vehementi spiritu conso- latione consequi solet, ut ait Tridentinum sess. 15. cap. 3. Sicut in Extreme- Unctione res & sacramentum est san- tae corporis, si anima expeditur; vel, ut alii malunt, hilaritas mentis, & confortatio ad sustinentiam dolorum, & luctum tentationum. His tamen relictis sententis, ut- pote a mente & doctrina D. Thomae penitus alienis

Dicendum est cum S. Doctore hic art. 1. ad 3. & in 4. dist. 22. qu. 2. art. 1. questiu. 2. quod interior poeniten- tia, seu contritio, est in hoc sacramento res & sacramen- tum simul, quia partim significat gratiam remissivam pec- cati; partim ipsa significatur ab actibus externis poeni- tentis; qui dum humiliter se accusat, & submitit abso- lutioni & satisfactioni, significat se de peccato dolere.

Verum contra hanc D. Thomae sententiam, duplex fieri potest instantia difficilis. Prima est. Ut aliquid sit res & sacramentum simul, debet esse effectus causatus ab eo quod est sacramentum tantum, sicut character causatur a Baptismo, unde supponit id quod est sacramen- tum tantum, esse in re constitutum & compositum, ut possit causare talem effectum: At interior poenitentia seu contritio, non supponit constitutum sacramentum po- nitentiae a quo causatur, quia est pars constitutiva illius, ut supra ostensum est: Ergo interior poenitentia seu contritio, non est in hoc sacramento res & sacramen- tum simul.

Secunda est: Id quod est res & sacramentum simul, non est causa illius quod est sacramentum tantum, nec illud antecedit, sed subsequitur: At interior poenitentia, seu contritio, est causa illius quod est sacramentum tan- tum, nimirum ipsius confessionis sensibilis & externae, illamque antecedit, quia confessio est expressio quaedam doloris interni de peccatis: Ergo non potest contritio esse res & sacramentum simul.

Hic duplici instantia duplex potest adhiberi solutio. Prima traditur a Soto in 4. dist. 14. quaest. 1. ubi docet contritionem duobus modis considerari: Primo quatenus sit sensibilis per signa exteriora, & quodammodo concipitur ut informis, seu nondum formata per gra- tiam sacramentalem quam significat, qua ratione est prior gratia & causa ipsius, tanquam pars sacramenti. Secundo ut formata gratia sacramentali, qua ratione posterior est sacramento, & effectus ipsius. Unde ad primam instan- tiam, distinguo Majorem: Illud quod est res & sa- cramentum simul, debet causari ab eo quod est sacra- mentum tantum, sub aliqua formalitate, concedo. Sub omni, nego. Sicut in matrimonio, vinculum interitum & uxorem, non est res & sacramentum simul, prout praecise oritur ex contractu naturali, sed quatenus elevatur a sacramento, ad significandam conjunctionem Christi & Ecclesiae; & corpus Christi, non absolute in se, sed qua- tenus, ut ita dicam, sacramentum, seu conjunctum spe- ciebus sacramentalibus, est res & sacramentum Eucha- ristiae, effectusque ipsorum verborum, & sacramenti. Quid- em ergo pariter contritio, considerata ut informis, poterit esse pars sacramenti poenitentis, illudque intrinsece con- stituere; ut formata vero per gratiam sacramentalem, esse effectus ab eo causatus, illoque sub hac ratione pos- terior? Per quod patet ad secundam instantiam.

Alter aliqui recentiores Thomistae ab hac difficultate sese expediunt, dicunt enim, quod quando S. Thomas docet quod interior poenitentia est res & sacramentum si- mul, per poenitentiam interiorem, non intelligit poeni- tentiam actualem, seu contritionem, sed magis habitum poenitentiae, qui se habet ut proprietates respectu gratiae. Unde facile occurrit instantiis propositis, nam confessio & contritio vere antecedit & causant huiusmodi habitum, vel absolute, & quoad substantiam, si poeni- tentia accedat cum sola attritione; vel quantum ad aliquam ejus perfectionem & augmentum, si poenitentiam cum con- tritione ad sacramentum accedat, sicut enim sacramen- tum poenitentiae tunc non causat gratiam simpliciter, sed augmentum ipsius; ita nec producit habitum poeni- tentiae quoad substantiam, sed solum quoad majorem ejus intentionem & augmentum. Plura de hac re Joannes a S. Thoma hic art. 5. sed in re levi & fere arbitraria, magisque ad modum loquendi pertinenti, quam ad rem ipsam explicandam, non est diutius immorandum.

ARTICULUS V.

Vtrum sacramentum Poenitentiae in re, vel saltem in voto, sit medium necessarium ad delenda peccata post Baptisma commissiva?

§. I.

Quibusdam praemissis, duplici conclusione difficultas resolvitur.

74 Notandum primo, sacramentum poenitentiae, sicut & quodlibet aliud duobus modis suscipi posse, in re scilicet & in voto. Suscipitur in re, quando quis reipsa committit peccata, & ab illis absolvitur. Suscipitur vero in voto ab eo qui cum reipsa non possit confiteri & absolvi, habet tamen desiderium confitendi.

75 Notandum secundo, duplex esse votum alicujus sacra- menti; unum explicitum, quando fit sicut alicui directae & formaliter intendit ejus susceptionem; aliud implicitum, quando nimirum directae & formaliter non deside- rat sacramentum, vault tamen aliquid in quo includitur votum sacramenti. His positus, pro resolutione quaestiones propositae

Dico primo, sacramentum poenitentiae, in re, vel in voto, necessarium esse necessitate medii, ad delenda pec- cata post Baptisma commissiva.

76 Probatur primo ex S.S. Patribus: Augustinus enim Epist. 18. ad Honoratum, loquens de imminente periculo mortis ex irruptione hostium, cum dixisset, ex tali cir- cumstantia temporis, alios baptismum, alios reconcilia- tionem seu poenitentiam flagitare, subiicit: Ubi si mini- stri desint, quantum exitum sequitur eos, qui de isto saeculo vel non regenerati exeunt, vel ligati? Quantus est etiam luctus fidelium suorum, qui eos secum in vitam aeternam regere non habebunt? Et lib. 1. de adulterinis conjugijs cap. ultimo: Quae autem baptismi eadem reconciliationis est caus- sa, si forte poenitentiam finienda viae periculum preoccupaverit, nec ipse enim ex hac vita sine artha sua pacis exire velle debet mater Ecclesiae. Quibus locis aperte docet, quod ut Baptismus est necessarius absolute hominibus, ita poe- nitentia est necessaria fidelibus, supposito quod post Ba- ptismum prolapsi fuerint in peccatum mortale.

Idem asserit Leo Papa Epist. 91. cap. 2. & 3. his ver- bis: Multiplex misericordia Dei, ita lapsus subvenit huma- nitati, ut non solum per baptismi gratiam, sed etiam per poenitentiam medicinam, sicut vita reparatur aeterna, ut qui re- generationis donum violassent, proprio se iudicio condemnan- tur, ad remissionem criminum perveniant, sic divina beatitudinis praesidio ordinatis, ut indulgentiam Dei, nisi supplicationibus Sacerdotum nequeat obtineri. Modestus enim Dei & ho- minum homo Christus Jesus, hanc Ecclesiae praescriptis tradidit potestatem, ut & confessionem actiorem poenitentiae darent, & eosdem salubri satisfactione purgatos, ad communionem sacramentorum, per manus reconciliationis admitterent. Et postea: si autem aliqui eorum pro quibus Domino supplica- mus, quocumque interceperis obsecrando, a munere indulgentiae exciderint, & priusquam ad constituta remedia per- venerint, temporalem vitam, humana conditione fuerint: quod manens in corpore non receperit, confecti exutus carno non poterit. Nec necesse est nos, eorum qui se obierint me- ritia assequi distitero; cum Dominus Deus noster, cuius iudicia nequeunt comprehendii, quod Sacerdotale ministerium implere non potuit, sua iustitia reservaverit; ita potesta- tem suam timeri volens, ut hic terror omnibus prosit, & quod quibusdam tepidis, aut negligentibus accidit, nemo non meruist. Multum enim utile ac necessarium est, ut pec- catorum reatus, ante ultimum diem sacerdotali supplicatione solvantur.

77 Probatur secundo ex Trident. sess. 14. cap. 2. in fine, ubi ait, Sacramentum poenitentiae lapsi post Baptisma ad saltem esse necessarium, ut nondum regenerati ipse Baptis- mus: Ergo sicut postquam a Christo constitutum & promulgatum fuit, Nisi renatus fueris ex aqua & Spiritu sancto, non poterit introire in regnum Dei, Baptismus vel in re, vel in voto, necessarius est, ad justificationem, juxta do- cttrinam ejusdem Concilii sess. 6. c. 4. Sic ubi decretum & promulgatum fuit: Quorum remissivae peccata, remittuntur eis: & quorum retinuerit, remota sunt, sacramentum poenitentiae, vel in re, vel in voto, necessarium est adul- tis baptizatis ad obtinendam remissionem peccatorum, quae post baptismum commiserunt, ita quod licet aliquando per contritionem deleantur extra votum sacramenti poeni- tentiae, non deleantur tamen sine voto illius, quod in ipsa contritione includitur, ut expresse declarat sess. 14. cap. 4. his verbis: Dicit praeterea (Sancta Synodus) est contritionem hanc aliquando caritate perfectam esse contingat, hominemque Deo reconciliari, priusquam hoc sacramentum (poeni- tentiae) actu suscipiatur: ipsam nihilominus reconcilia- tionem, ipsi contritioni, sine sacramenti voto, quod in illa in- cludatur, non esse adscribendam.

78 Theol. Concilii, Tom. V.

Ex his probata manet conclusio, peccatum enim post Baptisma commissum non potest remitti, nisi per con- tritionem, vel per sacramentum poenitentiae, cum in lege nova nullum aliud sit institutum, ad tollendum peccata Baptisma subsequencia: Atqui si peccata post Baptisma commissiva remittuntur per sacramentum poenitentiae, remittuntur per ipsum in re susceptum; si vero deleantur per contritionem, remittuntur per sacramentum poenitentiae in voto susceptum; cum in ipsa contritione, ut jam ex Tridentino visum est, includatur votum sacramenti poe- nitentiae: Ergo sacramentum poenitentiae in re, vel in voto, necessarium est ad delenda peccata post Baptisma commissiva. Quod insinuat Matth. 16. per metaphoram clavium, sub qua potestas remittendi aut retinendi pec- cata, D. Petro, ejusque successoribus concessa est. Sicut enim nullus ingredi potest domum, quamvis clausa fue- rit janua, nisi clavis eam aperiat; ita etiam nemo a pec- cato lethali post Baptisma commissivo potest absolvi, nisi per potestatem spiritualem remittendi peccata, Sacerdotibus concessam; subindeque nisi per sacramentum poeni- tentiae, in re, vel saltem in voto, susceptum.

Quaes, quo pacto votum sacramenti poenitentiae, in- cludatur in contritione de peccatis post Baptisma com- missis?

Respondet primo aliqui, ideo in contritione contineri votum sacramenti poenitentiae, quia per contritionem non remittitur peccatum, nisi sub-conditione recipiendi sacra- mentum; ita ut remissio suspensa maneat, donec susceptum fuerit sacramentum.

Sed contra: Contitio est dispositio ultima ad gratiam, quam ex natura rei & necessario comitur gratia: Ergo cum gratia sit impossibilis cum peccato, saltem de lege ordinaria, contritio non expectat abolutionem Sacer- dotis, ut remittat peccata. De quo fassus infra disputa- tione 3. art. 3.

Respondet secundo alii, ideo in tali contritione inclu- di votum sacramenti poenitentiae, quia contritio includit votum & propositum virtuale servandi omnia praecpta: unde cum extet praecceptum divinum de recipiendo sacra- mento poenitentiae a lapsis post Baptisma, consequenter contritio includit votum talis sacramenti.

Sed haec etiam responsio insufficientis est, quia oportet explicare modum aliquem specialem quo contritio conti- neat votum sacramenti poenitentiae, quod non continet votum aliorum sacramentorum: Sed haec responsio id non explicat: Ergo, &c. Major patet, quia alia peccatum non deberet dici magis remitti per votum poenitentiae, quam per votum alterius sacramenti. Minor vero probat- ur; quia non minus est praecpta aliorum sacramentorum susceptio, quam illius: Ergo si contritio ex eo tantum in- cludit votum sacramenti poenitentiae, quod includit pro- positum servandi omnia praecpta, eodem modo includet votum sacramenti poenitentiae, quo continet votum alio- rum sacramentorum.

Respondet ergo contritionem de peccatis Baptisma sub- sequentibus, remittere illa peccata in voto sacra- menti poenitentiae, ex eo quod hoc sacramentum est institutum in remissionem aliorum peccatorum; ex quo etiam fit ut contritio illa, speciali modo continet votum istius sacra- menti, quo non continet alia.

Dico secundo, ad obtinendam remissionem peccati post Baptisma commissi non requiri necessarium votum explici- tum sacramenti poenitentiae, sed sufficere implicitum.

Probatur: Ad remissionem peccati mortalis post Baptis- mum commissi, sufficit vera contritio: Sed vera contri- tio potest esse sine voto explicito sacramenti poenitentiae, quamvis non absque implicito: Ergo & remissio peccati post Baptisma commissi. Major est certa; vera enim contritio, cum sit ultima dispositio ad gratiam justifican- tem, non est absque ea, subindeque nec absque remissio- ne peccati. Minor vero probatur. Fieri potest ut homo in peccato existens, eliciat actum contritionis, & tamen tunc non cogitet de confessione sacramentali, vel ex oblivione, vel ex ignorantia invincibili; in quo casu non haberet votum explicitum sacramenti poenitentiae, sed dumtaxat implicitum: Ergo vera contritio potest esse sine voto explicito sacramenti poenitentiae, quamvis abs- que implicito esse nequeat.

§. II.

Solvuntur objectiones.

Obijctis primo contra primam conclusionem: Sacra- mentum poenitentiae institutum est a Christo solum in favorem & utilitatem fidelium, & saluti animarum: Sed magis favorecer utilitati fidelium, & saluti animarum, si fideles possent ad illud recurrere, si vellent, non ta- men ad id tenerentur, ut si in peccatis venialibus, quae possunt, si volumus, subjicere clavibus Ecclesiae, non tamen tenemur, cum sint alia media ad illa expandenda: Ergo videtur quod sacramentum poenitentiae, non est medium